



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXVIII. De effectibus amoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

duis proculdubio am-
plectendus est, sine
ramen tertii praeiudi-
tio, id est quod ex par-
te subiecti similitudo
est propria causa a-
moris, quicquid sit ex
parte obiecti, & hoc
litera sufficere non
dubitofalnatq. sensus
iste vniuersaliter
& abstractionem tra-
ctatus aequalem in
primo, & tertio arti-
culo, ordinatque arti-
culos huius questio-
nis ut tractetur in pri-
mis articulis de cau-
sa ex parte obiecti,
scilicet bonitate, &
cognitione; in tertio
de causa ex parte sub-
iecti: in quarto, ex
parte concomitantium
passionum. Iuxta ter-
tium autem modum
prius de rationibus
obiecti ex parte
rei: & deinde de con-
ditione communis ut-
riusque rationi forma-
li, scilicet bonitati &
similitudini, fuisse
tractandum. Et sic
tertius articulus de-
bit esse secundus,
cuius oppositum fa-
ctum fuit. Quinto,
quod sit sensus inten-
tus ab auctore.

In corp. ar.

¶ Circa quartum arti-
culum nihil occur-
rit pro nunc scriben-
dum.

hominibus habeant huiusmodi uirtutes secundum ha-
bitum completum, habent tamen eas secundum qua-
dam feminalia rationis, secundum quae, qui non ha-
bet uirtutem, diligit uirtuosum, tanquam suae natu-
rali rationi conformem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliqua alia passionum anima sit causa amoris.

c. 3. tom. 5.

AD QUARTVM sic proceditur. Vt quod aliqua
alia passio possit esse causa amoris. Dicit enim
Philos. in 8. Eth. *quod aliqui amantur propter dele-
ctationem, sed delectatio est passio quaedam, ergo ali-
qua alia passio est causa amoris.

c. 1. post me-
cium, co. 3.

¶ 2. Praet. Desiderium, quaedam passio est: sed aliquos
amamus propter desiderium quod ab eis expecta-
mus, sicut apparet in omni amicitia, quae est propter
utilitatem, ergo aliqua alia passio est causa amoris.

c. 7. & 9. r. 5.

¶ 3. Praet. Aug. dicit in 10. de * Trin. Cuius rei adipi-
scende spem quisque non gerit, aut tepide amat, aut
omnino non amat, quamuis quam pulchra sit, ui-
deat, ergo spes est etiam causa amoris.

SED CONTRA hoc est, quod oēs aliae affectiones
aīae ex amore causantur, ut Aug. dicit 14. de ciu. * Dei.

RESPON. Dicendum, quod nulla alia passio est,
quae non supponat aliquem amorem, cuius ratio
est: quia omnis alia passio animae importat motum
ad aliquid, uel quietem in aliquo. Omnis autem
motus in aliquid, uel quies in aliquo, ex aliqua con-
naturalitate, uel coaptatione procedit, quae pertinet
ad rationem amoris: unde impossibile est, quod ali-

lis, sed in quantum est proprii bo-
ni impeditius: & propter hoc fi-
guli corrixantur adinucem, quia
seinuicem impediunt in proprio
lucro: & inter superbos sunt iur-
gia, quia seinuicem impediunt
in propria excellentia, quam con-
cupiscunt. & per hoc patet respon-
sio ad primum.

AD SECVDVM dicendum, quod
in hoc etiam quod aliquis in al-
tero amat, quod in se amat, inue-
nitur bonum similitudinis secū-
dum proportionalitatem, nam
sicut se hēt alius ad hoc, quod in
eo amatur, ita ipse se hēt ad hoc,
quod in se amat, puta, si bonus can-
tor bonum amet scriptorem, attē-
ditur ibi similitudo proportio-
nis, secundum quod uterque habet
quod conueniēti secundum suam artē.

AD IIII. dicendum, quod
ille, qui amat hoc, quo indiget,
habet similitudinem ad id quod
amat, sicut quod est potentia ad
actum, ut dictum est.

AD IIII. dicendum, quod secun-
dum eandem similitudinem po-
tentiae ad actum, ille qui non est
liberalis, amat eum qui est libera-
lis in quantum expectat ab eo ali-
quid quod desiderat, & eadem
ratio est de perseuerante in amici-
tia ad eum, qui non perseuerat:
utrobique enim uidetur esse ami-
citia propter utilitatem. Vel dicē-
dum, quod licet non omnes ho-
mines habeant huiusmodi uirtutes secundum ha-
bitum completum, habent tamen eas secundum qua-
dam feminalia rationis, secundum quae, qui non ha-
bet uirtutem, diligit uirtuosum, tanquam suae natu-
rali rationi conformem.

A qua alia passio aīae sit causa uniuersaliter omnis amoris:
contingit tū aliquid aliam passionem esse causam amoris
alicuius, sicut etiam unum bonum est causa alterius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum aliquis amat
aliquid propter delectationem, amor quidem ille
causatur ex delectatione: sed delectatio illa iterum cau-
satur ex alio amore praecedente. nullus enim delecta-
tur, nisi in re aliquo modo amata.

AD SECVDVM dicendum, quod desiderium rei
alicuius semper praesupponit amorem illius rei: &
sic desiderium alicuius rei potest causa, ut res alia a-
metur, sicut qui desiderat pecuniam, amat propter
hoc eum, a quo pecuniam recipit.

B AD TERTIVM dicendum, quod spes causat uel auget
amorem, & hoc ratione delectationis, quia delecta-
tionem causat: & etiam ratione desiderii, quia spes
desiderium fortificat. non enim ita intente deside-
ramus, quae non speramus: sed tamen & ipsa spes est
alicuius boni amati.

QVAESTIO XXVIII.

De effectibus amoris, in sex articulis diuisa.

¶ Super Quaestione si-
gesimo octa. & Artic-
ulum primum.

DEINDE considerandum
est de effectibus amoris.
ET CIRCA hoc quaer-
untur sex.

- ¶ Primo, Vtrum unio sit effe-
ctus amoris.
- ¶ Secundo, Vtrum mutua inhaesio.
- ¶ Tertio, Vtrum ecstasis sit effe-
ctus amoris.
- ¶ Quarto, Vtrum zelus:
- ¶ Quinto, Vtrum amor sit pas-
sio laetitia amantis.
- ¶ Sexto, Vtrum amor sit causa
omnium, quae amans agit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum unio sit effectus amoris.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur, quod unio non
sit effectus amoris. Absentia. n.
unioni repugnat: sed amor com-
patitur secum absentiam, dicit. n.
Apost. ad Gala. 4. Bonum amula
mini in bono semper loquens de
seipso, ut gl. dicit, & non tantum
cum praesens sum apud uos, ergo
unio non est effectus amoris.

E ¶ 2. Praet. Omnis unio aut est per
essentiam, sicut forma unitur ma-
teriae, & accides subiecto, & pars
toti, uel alteri parti ad constitu-
tionem totius: aut est per simili-
tudinem uel generis, uel speciei,
uel accidentis, sed amor non cau-
sationem essentiae, alioquin nu-
quam haberetur amor ad ea, quae
sunt per essentiam diuisa: unionem
autem, quae est per similitudinem,
amor non causat, sed magis ab
ea causatur, ut dictum est, ergo
unio non est effectus amoris.

¶ 3. Praet. Sensus in actu fit sensu bi-

IN responsione ad
tertium primi ar-
t. quae. 2. 8. scito, quod si
si considerentur om-
nes unitates concu-
rentes ad amorem,
sic amor magis unit,
quam intellectio, quo-
niam causatiuus est
unionis realis, sed si
comparatur amor &
intellectio, secundum
illam solam unionem
quam facit formaliter,
sic intellectio magis
unit, quam amor,
iuxta illud Auert. in
tertio de Anima, Ma-
gis sit unum ex intel-
lectu & intellectu, q.
ex materia & forma.
Et ratio est illa, quae
arguendo in litera ta-
gitur: quia intellectus
in actu, est intellectus
in actu: amans autem
non est amatum in
actu. Tanto namque
maior est formalis
unio cognitionis,
quam amoris, quanto
maius est se esse ali-
quid, quam habere
se ad illud ut se. Intel-
lectio enim facit for-
maliter intellectum
esse rem intellectam
in actu: amor uero
non facit formaliter
amantem esse amatum,
sed ut amatum, & e-
conuerso, scilicet a-
marum ut amantem.
& hoc quod ad amo-
rem amicitiae. In amo-
re uero concupiscen-
tiae amor unit amato
ut alicui sui, scilicet
amatis: intellectio ue-
ro facit formaliter in-
tellectam rem in actu
esse aliquid intellige-
tis, unde cognitio ui-
detur magis unitiua
formaliter: amor aut
effe-

12. q. 20. ar. 1.
ad 3. & q. 60.
ar. 3. ad 2. Et
3. di. 27. q. 1.
ar. 1. & Dio.
4. le. 10.

q. 27. ar. 3. &
4.

effectiue: sed quia unio nota cōiter non est nisi realis, dicitur quod amor est vis unitiua, & quod est magis unitiua quod cognitio, quae omnia sunt vera, referendo ad unionē realem: & sunt uera, referendo ad effectus separatos a causis. Effectus nō formales a causis nō feceruntur, unde in litera non respōdetur argumento secundum unionē, quae est effectus formalis, sed preponitur amor secundum unionē finalem & effectibile, quae est realis: quasi diceret, quod licet formalis unio cognitio sit maior secundum se formali amoris unione, quia tñ sit in fra unionē similitudinis, minor est simpliciter unione amoris, claudente in sui latitudine unione realē.

In pa. 2. & c. in par. 1. declinando ad fin.

c. 6. circa fi. to. 1. & li. 2. retrat. c. 6.

e. 10. parum a prin. to. 3.

q. pr. ar. 3.

c. 3. post medium to. 5.

ad 2. arg. p. c.

le in actu, & intellectus in actu fit intellectiuium in actu, non autem amans in actu fit amatum in actu: ergo unio magis est effectus cognitionis, quam amoris.

SED CONTRA est, quod dicit Dion. 4. cap. de * diui. no. quod amor quilibet est uirtus unitiua.

RESPON. Dicendum, quod duplex est unio amatis ad amatum. Vna quidem s̄m rem, puta, cum amatum praesentialiter adest amanti. Alia uero s̄m affectum, quae quidem unio cōsideranda est ex apprehensione praecedente: nā motus appetitiuus sequitur apprehensionē. Cū autē sit duplex amor. scōcū piscētia, & amicitia, uterque procedit ex quadā apprehensione unitatis amati ad amantem: cū n. aliquis amat aliquid, quasi concupiscēs illud, apprehēdit illud quasi pertinens ad suum bene esse. Similiter cū aliquis amat aliquē amore amicitiae, uult ei bonū, sicut & sibi uult bonum: unde apprehendit eum, ut alterum se, in-

quantū. s. uult ei bonum, sicut & sibi ipsi: & inde est, quod amicus dicitur esse alter ipse. Et Augu. dicit in 4. * Cōfess. Bene quidam dixit de amico suo, dimidium animae suae. Primam ergo unionem amor facit effectiue, quia mouet ad desiderandum, & quarendum praesentiam amati, quasi sibi conuenientis, & ad se pertinētis. Secundam autem unionem facit formaliter, quia ipse amor est talis unio, uel nex. unde Augu. dicit in 8. * De Trin. quod amor est quasi iunctura quaedam duo aliqua copulans, uel copulare appetens, amantē. s. & quod amatur. Quod n. dicit copulans, refertur ad unionem affectus, sine qua nō est amor: quod uero dicit copulare intēdens, pertinet ad unionē realē.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de unione reali, quae quidem requirit dilectio sicut causam, desiderium uero est in reali absentia amati: amor uero & in absentia, & in praesentia.

AD SCVNDVM dicendum, quod unio tripliciter se habet ad amorem. Quaedam enim unio est causa amoris, & haec quidem est unio substantialis, quantum ad amorem, quo quis amat seipsum; quantum uero ad amorem, quo quis amat alia, est unio similitudinis, ut * dictum est. Quaedam uero unio est essentialiter ipse amor, & haec est unio s̄m coaptationē affectus, quae quidem assimilatur unioni substantiali, in quantum amans se habet ad amatum, in amore quidem amicitiae, ut ad seipsum, in amore autem concupiscentiae, ut ad aliquid sui. Quaedam uero unio est effectus amoris, & haec est unio realis, quam amans quaerit de re amata, & haec quidem unio est secundum conuenientiam amoris. ut enim Philosophus dicit secundo * Polit. Aristophanes dixit, quod amantes desiderarent ex ambobus fieri unum: sed quia ex hoc accideret aut ambobus, aut alterum corrumpi, quaerunt unionem quae conuenit, & decet: ut scilicet simul conuersentur, & simul colloquantur, & in aliis huiusmodi coniungantur.

AD TERTIVM dicendum, quod cognitio perficitur per hoc, quod cognitum unitur cognoscenti s̄m suā similitudinem: sed amor facit quod ipsa res, quae amatur, amanti aliquo modo uniatur, ut * dictum est: unde amor est magis unitiuius, quam cognitio.

ARTICVLVS II.

Vtrū mutua inhaesio sit effectus amoris.

AD SCVNDVM sic proceditur. Vt quod amor non causet mutua inhaesio, scilicet ut amans sit in amato, & econuerso. Quod enim est in altero, continetur in eo, sed non potest idē esse continens & contentum. ergo per amorem non potest causari mutua inhaesio, ut amatum sit in amante, & econuerso.

¶ 2. Praeterea. Nihil potest penetrare in interiora alicuius integri, nisi per aliquam diuisionem. sed diuisione quae sunt secundum rem conuēta, non pertinet ad appetitum, in quo est amor, sed ad rationē. ergo mutua inhaesio nō ē effectus amoris.

¶ 3. Praeterea. Si per amorem amans est in amato, & econuerso, sequetur quod hoc modo amatum unia- tur amanti, sicut amans amato: sed ipsa unio est amor, ut * dictum est. ergo sequitur quod semper amans ametur ab amato, quod patet esse falsum. non ergo mutua inhaesio est effectus amoris.

SED CONTRA est, quod dicitur i. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Charitas autem est amor Dei: ergo eadem ratione quilibet amor facit amatum esse in amante.

RESPON. Dicendum, quod iste effectus mutuae inhaesiois potest intelligi & quantum ad uim apprehensiuam, & quantum ad uim appetitiuam. Nam quantum ad uim apprehensiuam, amatum dicitur esse in amante, in quantum amatum immoratur in apprehensione amantis, secundum illud Philip. 1. Eo quod habeam uos in corde. Amans uero dicitur esse in amato secundum apprehensionem, in quantum amans non est contentus superficiali apprehensione amati, sed nititur singula quae ad amatum pertinent, intrinsecus disquirere. & sic ad interiora eius ingreditur, sicut de spiritu sancto, quod est amor Dei, dicitur i. ad Cor. 2. quod scrutatur etiam profunda Dei. Sed quantum ad uim appetitiuā, amatum dicitur esse in amante, prout est per quandam complacentiam in eius affectu, ut uel delectetur in eo, aut in bonis eius apud praesentiam, uel in absentia per desiderium tendat ipsum amatum per amorem concupiscentiae, uel in bona quae uult amato eius per amorem amicitiae, id quod ex aliqua extrinseca causa, sicut cū aliquis desiderat aliquid per alterum, uel cum aliquis uult bonum alteri per aliquod aliud, sed per complacentiam amanti interiorius radicata. unde & amor

¶ Super questionis uiginti octaue, articulum secundum.

In articulo secundum eiusdem uiginti octaue questionis aduerte tria, primo, quod quia amor in modo essendi per apprehensionem addit moram in amante, & percurtationem amati: ita quod non quaecunque apprehensio est effectus amoris, sed apprehensio quasi continua, & percurtata. Et ex prima conditione ponitur amatum in amante, ex secunda econuersio secundum apprehensionem. Secundo, quod in affectu commune est amori amicitiae & concupiscentiae, quod amatum constituitur in amante per complacentiam interiorius radicatum ipsius amati.

In q. 66. ar. 1. ad 1. & 6.

Lib. 9. ca. 3. & li. 2. ca. 4. & 6.

Art. 1.

n. cor.

2. q. 1. ca. 1. & 2. q. 4. ad 4. q. 1. ar. 9. & 10.

Ar. 1.

c. 4. in dicitur ad fin.

amante constituitur, ex affectu perfecte habendi & econuerfo. Egre dicitur enim amans ad ipsum tali affectu. amans quoque amicitia amore amat amicum ut se ipsum. In hoc autem includuntur duo, primo, quod amans transit in personam amici: secundo quod amicus transit in personam amantis. Ex hoc enim quod amat amicum propter ipsum amicum, uult etiam seipsum praebere quomodo potest: ac per hoc ipse transit in amicum uoluntate, affectu, ac passione: ita ut bene, uel male afficiatur, sentiatque amico sentiente. Ex hoc uero, quod amat amicum ut seipsum, ponitur amicus ut ipse: & sic amicus transit in personam amantis. & hoc pertinet ad complacentiam. Complacentem ut ipsemet, & sic in utroque amore egressus affectus in amatum constituit in eo. Ingressus autem amat per complacentiam in amantem, ut ipse in amicitia, uel aliquid sui concupiscit, constituit econuerfo amatum in amante.

lib. 9. Ethic. ca. 3. a med. & lib. 2. Rhet. 10. ca. 4. to. 5. & 6.

dicitur intimus, & dicitur uiscera charitatis. Econuerfo autem amans est in amato, aliter quidem per amorem concupiscentia, aliter per amorem amicitia. Amor namque concupiscentia non requiescit in quacunque extrinseca, aut superficiali ademptione, uel fruitione amati, sed quaerit amatum perfecte habere, quasi ad intima illius perueniens. In amore uero amicitia, amans est in amato, in quantum reputat bona, uel mala amici, sicut sua, & uoluntatem amici sicut suam, ut quasi ipse in suo amico uideat bona, uel mala pati, & affici. & propter hoc, proprium est amicorum eadem uelle, & in eodem tristari & gaudere secundum Philosophum in 9. Eth. & in 2. Rhet. ut sic in quantum quae sunt amici, estimat sua, amans uideatur esse in amato, quasi idem factus amato: in quantum autem econuerfo, uult & agit propter amicum, sicut propter seipsum, quasi reputans amicum idem sibi: sic amatum est in amante. Potest autem & tertio modo mutua inhaesio intelligi in amore amicitia, secundum uiam redamationis, in quantum mutuo se amant amici & sibi in uicem bona uolunt, & operantur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod amatum continetur in amante, in quantum est impressum in affectu eius per quandam complacentiam; econuerfo uero, amans continetur in amato, in quantum amans sequitur aliquo modo illud, quod est intimum amati. nihil enim prohibet diuerso modo esse aliquid continentis, & contentum: sicut genus continetur in specie, & econuerfo.

AD SECUNDUM dicendum, quod rationis apprehensio praecedat affectum amoris: & ideo sicut ratio diligitur, ita affectus amoris subintrat in amatum, ut ex dictis patet.

AD TERTIUM dicendum, quod illa ratio procedit de tertio modo mutuae inhaesiois, qui non inuenitur in quolibet amore.

ARTICVLVS III.

Utrum ecstasis sit effectus amoris.

2. 2. q. 17. ar. 1. 2. & 3. di. 27. q. 4. art. 1. ad 4. & ver. q. 17. ar. 2. ad 9. & con. 1.

AD TERTIUM sic proceditur. Vbi quod ecstasis non est effectus amoris. Ecstasis enim quandam alienationem importare uidetur, sed amor non facit alienationem: sunt enim amantes interdum sui composites, ergo amor non facit ecstasim.

¶ 1. Praet. Amans desiderat amatum sibi uniri. magis ergo amatum trahit ad se, quam etiam pergat in amatum extra se extensum.

Art. 1. & 2.

¶ 2. Praet. Amor unit amatum amanti, sicut dicitur est. Si ergo amans extra se tendit, ut in amatum pergat, sequitur quod semper plus diligit amatum, quam seipsum: quod patet esse falsum. non ergo ecstasis est effectus amoris.

ca. 4. in part. declinatio ad finem.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit 4. c. de diuino. quod diuinus amor ecstasim facit, & quod ipse Deus propter amorem est ecstasim passus. Cum ergo quilibet

A amor sit quaedam similitudo participata diuini amoris, ut ibidem dicitur, ubi dicitur quod quilibet amor causet ecstasim.

cod. c. 4. de diu. nomi.

RESPON. Dicendum, quod ecstasim pati aliquis dicitur, cum extra se ponitur, quod quidem contingit, & in uim apprehensiuam, & secundum uim appetitiuam. Secundum quidem uim apprehensiuam aliquis dicitur extra se poni, quoniam ponitur extra cognitionem sibi propriam, uel quia ad superiorem sublimatur, sicut homo eleuatur ad comprehendenda aliqua, quae sunt supra sensum & rationem, dicitur ecstasim pati, in quantum ponitur extra naturalem apprehensionem rationis & sensus: uel quia ad inferiora deprimitur, puta, cum aliquis in furiam, uel amentiam cadit, dicitur ecstasim passus. Secundum appetitiuam uero partem dicitur aliquis ecstasim pati, quoniam appetitus alicuius in alterum fertur, exiens quodammodo extra seipsum, primam quidem ecstasim facit amor dispositiue, in quantum facit meditari de amato, ut dicitur est: intentam autem meditatiuam unius abstrahit ab aliis. Sed secundum ecstasim facit amor directe, simpliciter quidem amor amicitiae, amor autem concupiscentiae non simpliciter, sed secundum quid. Nam in amore concupiscentiae quodammodo fertur amans extra seipsum, in quantum non contentus gaudere de bono quod habet, quaerit frui aliquo extra se, sed quia illud extrinsecum bonum quaerit sibi habere, non exit simpliciter extra se, sed talis affectio in fine infra ipsam concludit. Sed in amore amicitiae affectus alicuius simpliciter exit extra se, quia uult amico bonum, & operatur bonum, quasi gerens curam & prouidentiam ipsius propter ipsum amicum.

art. praeced.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa ratio procedit de prima ecstasi.

AD II. dicendum, quod illa ratio procedit de amore concupiscentiae, quod non facit simpliciter ecstasim, ut dicitur est.

In corp. art.

AD TERTIUM dicendum, quod ille qui amat, in tantum extra se exit, in quantum uult bona amici, & operatur, non tamen uult bona amici magis quam sua. unde non sequitur quod alterum plus se diligit.

ARTICVLVS IIII.

Utrum zelus sit effectus amoris.

¶ Super quest. vigesimo octauae. articulum quartum.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod zelus non sit effectus amoris. Zelus enim est contentio principium. Unde dicitur v. ad Cor. 3. Cum sit inter uos zelus & contentio &c. sed contentio repugnat amori, ergo zelus non est effectus amoris.

¶ 2. Praet. Obiectum amoris est bonum, quod est communicatiuum sui: sed zelus repugnat communicationi. ad zelum enim pertinere uidetur, quod quis non patitur consortium in amato: sicut uiri dicuntur zelare uxores, quas nolunt habere communes cum ceteris. ergo zelus non est effectus amoris.

¶ 3. Praet. zelus non est sine odio, sicut nec sine amore. dicitur enim in Ps. 72. Zelauit super iniquos. non ergo debet dici magis effectus amoris, quam odij.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit 4. c. De diuino. quod Deus appellatur zelotes, propter multum amorem quem habet ad existentia.

Mal. q. 10. ar. 1. ad 11.

Articulo tertio omisso, in quarto scito, quod cum zelus sumatur dupliciter. scilicet causaliter pro feruenti dilectione, & formaliter pro tristitia deficiendi sibi, uel amicitiae, ut in 2. Rhetorice c. 18. & inferius pluries patet, hic sumit proprie. Ad huiusmodi namque tristitiam spectat & zelus concupiscentiae, & amicitiae. ille enim tristatur de defectu singularitatis, uel excellentiae, uel quietis fructuosis: iste de defectu alicuius boni amico. Et utriusque tristitia ex amore oppositi boni procedit, & contra ingentes huiusmodi mala sollicitat.

ca. 4. in parte. i. paulo ante finem.

RESPON. Dicendum, quod zelus quocumque modo sumatur, ex intentione amoris puenit. Manifestum est

est enim quod quanto aliqua uirtus intensius tendit in aliquid, fortius repellit omne contrarium, uel repugnans. Cum igitur amor sit quidam motus in amatum, ut * Aug. dicit in li. 83. q. Intensus amor quærit excludere omne id, quod sibi repugnat: aliter tñ hoc contingit in amore concupiscentiæ, & aliter in amore amicitie. Nam in amore concupiscentiæ, q intensè aliquid concupiscit, mouetur contra omne illud, quod repugnat consecutioni, uel fruitioni quietæ eius quod amatur: & hoc modo uiri dicunt zelare uxores, ne per consortium aliorum impediatur singularitas, quam in uxore quærunt. Similiter etiam qui quærunt excellentiam, mouentur contra eos, qui excellere uidentur, quasi impediens excellentiam eorum, & iste est zelus inuidiæ, de quo dñ in Psal. 36. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Amor aut amicitie quærunt bonum amici: unde quando est intensus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici: & secundum hoc aliquis dicit zelare pro amico, quando si qua dicuntur, uel fiunt contra bonum amici, homo repellere studet. Et per hunc etiam modum aliquis dñ zelare pro Deo, qñ ea, quæ sunt contra honorem, uel uoluntatem Dei, repellere s'm posse conatur, s'm illud. 3. Reg. 19. Zelatus sum pro Domino exercituum. Et Io. 2. super illud, Zelus domus tuæ comedit me, dicit * gl. Quod bono zelo comeditur, qui qualibet praua, quæ uiderit, corrigere satagit: si nequit, tolerat & gemit.

¶ 83. & 36. tom. 4.

¶ gl. Aug. in eu. Ioh. tract. 10. inter medium & si. tom. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd Apostolus sibi loquitur de zelo inuidiæ, qui quidem est causa contentionis, non contra rem amatam, sed pro remata contra impedimenta ipsius.

AD SECVDVM dicendum, qd bonum amatur, in quantum est communicabile amanti: unde omne illud quod perfectionem huius communicationis impedit, efficitur odiosum: & sic ex amore boni zelus catur: ex defectu autem bonitatis contingit, qd quædam partia bona nō possunt integre simul possideri a multis, & ex amore talium catur zelus inuidiæ, non aut proprie ex his quæ integre possunt a multis possideri. Nullus. n. inuidet alteri de cognitione ueritatis, quæ a multis integre cognosci potest, sed forte de excellentia circa cognitionem huius.

AD III. dicendū, qd hoc ipsum, qd aliquis odio hēt ea quæ repugnant amato, ex amore procedit: uñ zelus proprie ponitur effectus amoris magis, qd odii.

¶ Super quæst. uiginti octaua articulum 5. & 6.

ARTICVLVS V.

Vtrum amor sit passio læsua amantis.

IN quinto autem & sexto articulo nihil scribendum occurrit, nisi quod notetur ea, quæ author dicit conuenire huiusmodi passionibus referendo appetitū appetibili, seu forma liter. Quoniam hæc communia uidentur huiusmodi passionibus, & actibus uoluntatis similibus, his passionibus Notetur quoque responsio ad primum in sexto articulo: quoniam in fine totius tractatus de actibus humanis seruetur proposito.

AD QVINTVM sic procedit. Videt, quod amor sit passio læsua. Languor. n. significat læsionem quædam languentis: sed amor catur languorem, dicitur. n. Cant. 2. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. ergo amor est passio læsua. ¶ 2 Præ. Liquefactio, est quædam resolutio, sed amor est liquefactio. dicitur. n. Can. 5. Anima mea liqfacta est, ut dilectus meus locutus est. ergo amor est resoluti uis: est ergo corruptiuus, & læsiuus. ¶ 3 Præ. Feruor designat quædam excessum in caliditate, qui quidē excessus corruptiuus est, sed fer-

uor catur ex amore. Dion. n. 7. ca. * Cal. hier. inter ceteras proprietates ad amore Seraphin pertinentes, ponit calidū & acutū, & superferuēs. Et Can. 8. dicit de amore, quod lapades eius sūt lapades ignis atq. flamarū; ergo amor est passio læsua, & coarptiua.

SED CONTRA est, quod dicit Dion. 4. c. de * diuino. quod singula seipsa amant contentiue, id est conseruatiue. ergo amor non est passio læsua, sed magis conseruatiua, & perfectiua.

RESPON. Dicendum, quod sicut * supra dictū est, Amor significat coarptationem quædam appetitiuæ uirtutis ad aliquid bonum. Nihil autem, quod coarptatur ad aliquid, quod est sibi conueniens, ex hoc ipso læditur, sed magis si sit possibile, proficit & melioratur: quod uerō coarptatur ad aliquid, quod non est sibi conueniens, ex hoc læditur & deterioratur. Amor ergo boni conueniens est perfectiuis & melioratiuis amanti: amor autem boni, quod non est conueniens amanti, est læsiuus & deterioratiuis amanti. Vñ maximè hō perficitur & melioratur per amorem Dei: læditur autē & deterioratur per amorem peccati, s'm illud Ofæ. 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Et hoc quidem sicut dicitur est de amore, quantum ad id quod est forma le in ipso, quod est scilicet ex parte appetitus: q̄tum uerō ad id quod est materiale in passione amoris, qd est immutatio aliqua corporalis, accidit qd amor sit læsiuus propter excessum immutationis, sicut accidit in sensu, & in omni actu uirtutis aīe, qui exerceat per aliquam immutationem organi corporalis.

Ad ea uerō quæ in contrariū obiciuntur, ē dicendum, qd amori attribui possunt quatuor effectus proximi, s. liquefactio, fructio, languor, & feruor, inter quæ primum est liquefactio, quæ opponitur congelationi. Ea. n. quæ sunt congelata, in seipsis contracta sunt, ut non possint de facili subintrationem alterius pati: ad amorem autem pertinet, quod appetitus coarptetur ad receptionē boni amati, prout amatum est in amante, sicut iam * supra dictum est. Vñ cordis cōgelatio uel duritia est dispositio repugnans amori, sed liquefactio importat quandam mollificationem cordis, quæ exhibet se cor habile, ut amatum in ipsū subintret. Si ergo amatum fuerit præsens & habitū, catur delectatio, siue fructio: si aut fuerit absens, consequuntur duæ passionēs, s. tristitia de absentia, q̄ significatur per languorē. Vñ & Tullius in 3. de * Tusculanis q. maxime tristitiam egritudinē nominat, & intēsum desiderii de consecutione amati, qd significatur per feruorē. Et isti quidē sunt effectus amoris formaliter accepti s'm habitudinē appetitiuæ uirtutis ad obiectū, sed in passione amoris cōsequuntur alig effectus his pportionati s'm immutationē.

ARTICVLVS VI.

Vtrum amor sit causa omnium, quæ amans agit.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod amans non agat oīa ex amore. Amor. n. quædam passio est, ut * supra dictum est, sed non oīa, q̄ agit hō, agit ex passione, sed quædam agit ex electione, & quædam ex ignorantia, ut dicitur in 5. * Eth. ergo non omnia, quæ homo agit, agit ex amore. ¶ 2 Præ. Appetitus est principium motus & actionis in omnibus animalibus, ut patet in 3. * De anima. sicut igitur omnia quæ quis agit, agit ex amore, aliæ passionēs appetitiuæ partis erunt superflue. ¶ 3 Præ. Nihil catur simul a contrariis causis: sed quædam fiunt ex odio. non ergo omnia fiunt ex amore.

SED

Super questionis vigesima nona articulum primum.

part. 4. non multo procul a prin.

In parte.

q. 29. ar. 3.

lib. 3. ar. 100. q. 16. ar. 2. cap. 4.

3. di. 27. ar. 100. q. 16. ar. 2. cap. 4.

rec. 2. ad 55. 10.

In art. 1. q. 2. nota tria Nouit. primo in titulo, q. bis dicitur obiectum & causa odii. scilicet cum enumerantur articuli, & cum proceditur ad primum. Ex hoc enim, & primo argu. ma

nifeste habes malum non solum obiectum sed causam ee odii. Secundo, in corpore, quod similitudo inter appetitum naturalem, & animalem sobrie intelligitur, scilicet proportionaliter secundum naturam inanimatorum & animatorum. In illis n. ut in q. 23. dictum est, id est consonantia, & dissonantia, in istis aliud: sicut in illis consonantia est proprietates, in istis est actus appetitiuus. Tertio, in responsione ad primum, quod consistit in hoc, quod obiectum, & causa odii non est malum simpliciter, sed malum huic, quod est quod dam ens, quod non est malum huic in quantum ens, quia sic conuenit, sed in quantum tale ens, quia sic repugnat. Percutiens enim me quoddam ens est repugnans mihi, non in quantum ens, sed solum in quantum tale, scilicet offendens me sicut aqua est mala igni, in quantum talis, non in quantum ens.

¶ Circa eundem primum articulum dubium occurrit de explanatione odii, q. scilicet est dissonantia ad apprehensum repugnans, seu malum. Odium enim consonare malo testatur inimicitia, dum quis mala ut mala inimico uult: immo hoc est odisse, uelle malum malo.

¶ Ad hoc dicitur, quod sicut amor dicitur in amore amicitie & concupiscentie, & odium. Et odium quidem oppositum amoris concupiscentie, in nomine est: & potest uocari odium abominacionis. Odium uero oppositum amoris amicitie, odium inimicitie uocatur. Et sicut, quia amare est uelle bonum alicui, duo

ex parte obiecti includit, scilicet, bonum, & ly, alicui, ita in odii obiecto duo clauduntur, scilicet, malum & persona. Quauis autem amor amicitie & concupiscentie uniformiter se habeant ad utrumq. scilicet modum affirmacionis, seu consonantie, odium uero in inimicitie, & odium abominacionis dissimiliter se habent ad hec. n. odium inimicitie habet se ad pso

SED CONTRA est, quod Dion. dicit 4. c. de diuin. no. quod propter amorem boni omnia agunt quacunque agunt.

RESPON. Dicendum, q. omne agens agit propter finem aliquem, ut supra dictum est: finis autem est bonum desideratum, & amatum unicuique. Unde manifestum est, quod omne agens, quodcunque sit, agit quacunque actionem ex aliquo amore.

AD PRIMUM ergo dicendum, q. obiectio illa procedit de amore, q. est passio in appetitu sensitiuo existens: nos autem loquimur nunc de amore cōiter accepto, prout comprehendit sub se amorē intellectuales, rationales, & animalem, naturalem: sic. n. Dion. loquitur de amore in 4. c. de diu. no.

AD SECUNDUM dicendum, q. ex amore, sicut iam dictum est, carit & desiderii, & tristitia, & delectatio, & per consequens omnes alie passiones. vñ ois actio, q. procedit ex quacūq. passione, procedit et ex amore sicut ex prima causa: unde nō supersuunt alie passiones, quae sunt causae proximae.

AD III. dicendum, q. odium est ex amore caritatis, sicut infra dicetur.

QVAESTIO XXIX.

De odio, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de odio.

ET CIRCA hoc quaeruntur sex.

¶ Primo, Vtrum causa, & obiectum odii sit malum.

¶ Secūdo, Vtrum odium causeatur ex amore.

¶ Tertio, Vtrum odium sit fortius, quam amor.

¶ Quarto, Vtrum aliquis possit habere odio seipsum.

¶ Quinto, Vtrum aliquis possit habere odio ueritatem.

¶ Sexto, Vtrum aliquid possit haberi odio in uniuersali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum causa, & obiectum odij sit malū.

AD PRIMUM sic proceditur. Vñ, quod obiectum, & causa

nam per modum negacionis & dissonantia, ad malum uero per modum affirmacionis & consonantia: odium autem abominacionis e conuerso, ad personam se habet per modum affirmacionis & consonantia, ad malum autem per modum negacionis & dissonantia. Cum. n. aliquis odit flagellam, & familia, illis quidē dissonat, & ea ab affectu suo abnegat: seipsum autem, uel alteri, cui illa nollet, affirmat in affectu, eique consonat. Ecōtra uero, cū odit quis hominem, ipsū quidē a suo affectu abnegat illiq; dissonat: sed malis illis consonat, affirmatque illa i suo affectu. uult. n. illi malum. Et si diligenter persecutus fueris, uidebis q. dissimilitudo ista non uariat dissonantiam odii a malo obiecto & causa: quoniam utrobique id quod hēt rōnem mali obiecti & causae odii, abnegatur ab affectu & dissonat: nam in odio inimicitiae persona habet rationem mali obiecti & causae. Et in odio abominacionis non persona, sed res mala habet rationem mali obiecti & causae: sicut in amore amicitiae, obiectum amatum est amicus: & in amore concupiscentiae est res concupita. Vniuersaliter igitur odium est dissonantia a malo obiecto, quia oportet malum obiectum esse odium habitum: sed quia diuersum in utroque odio constituitur obiectū, quia unius persona, alterius res, uarietas apparet, sed non est. unū inimicitia non testatur, quod odium consonat malo obiecto, sed quod tantū dissonat ab inimico, ut consonet malis illius, unde testatur magnam dissonantiam obiecti. Neq. fallaris, audiens odium abominacionis habere pro obiecto rem, non personam: & putes propterea matrem non tali odio habere filias, quibus optat mortem, uel quia non potest dare eas nuptui, uel quia despicitur a uiro suo propterea. In similibus enim non habentur odio personae ut personae, sed ut res: unde non est ad tales odium inimicitie, sed abominacionis solius uitae earum, quia repugnat dispositioni earum uel secundum paupertatem, uel gratiam cum uiro, uel aliquid huiusmodi, in cuius signum nihil mali illis uellent, cuius oppositum de odio inimicitie scribitur in secundo Rheto. sed uitam tantum earum, ut res eis contrariam nolunt. Et quod in exemplo mis

odii non sit malum. Oē. n. quod est, in quantum huiusmodi, bonū est: si igitur obiectum odii sit malū, sequitur quod nulla res odio habeatur: sed solum defectus alicuius rei, quod patet esse falsum.

¶ 2. Præ. Odire malum, est laudabile: unde in laudem quorūdam dicitur 2. Machab. 3. quod leges optimē custodiebantur propter Onia pontificis pietatem, & animos odio habentes mala. si igitur nihil odiatur nisi malum, sequitur q. omne odium sit laudabile: quod patet esse falsum.

¶ 3. Præ. Idē non est simul bonū & malum: sed idē diuersis est odibile & amabile. ergo odium non solum est mali, sed et boni.

SED CONTRA. Odium contrariatur amoris: sed obiectum amoris est bonum, ut supra dictum est. ergo obiectū odii est malum.

RESPON. Dicendum, q. cum appetitus naturalis deriuetur ab aliqua apprehensione, licet non coniuncta, eadem ratio uidetur esse de inclinatione appetitus naturalis, & appetitus animalis, qui sequitur apprehensionem coniectam, sicut supra dictum est. In appetitu autem naturali hoc manifeste apparet, q. sicut unumquodque hēt naturalem consonantiam uel aptitudinem ad id, quod sibi conuenit, quae est amor naturalis: ita ad id, quod est repugnans & corruptiuum, habet dissonantiam naturalem, quae est odium naturale. Sic igitur & in appetitu animali, seu in intellectu amor est consonantia, quaedā appetitus in id, quod apprehenditur ut conueniens. Odium uero est dissonantia quaedam appetitū ad id, quod apprehenditur ut repugnans & nociuum. Sicut autē oē conueniēs in quantum hōi, hēt rōnem boni, ita oē repugnans in quantum hōi, hēt rationem mali, & ideo sicut bonum est obiectum amoris, ita malum est obiectum odii.

AD PRIMUM ergo dicendum, q. ens in quantum ens, non hēt rōnem repugnantis, sed magis conueniētis: quia oia conueniunt in ente. sed ens in quantum est hoc ens determinatū, hēt rōnem repugnantis ad aliqd ens determinatū: &

minacionis solius uitae earum, quia repugnat dispositioni earum uel secundum paupertatem, uel gratiam cum uiro, uel aliquid huiusmodi, in cuius signum nihil mali illis uellent, cuius oppositum de odio inimicitie scribitur in secundo Rheto. sed uitam tantum earum, ut res eis contrariam nolunt. Et quod in exemplo mis

Prima Secundę S. Thomę. I &

sonat, & ea ab affectu suo abnegat: seipsum autem, uel alteri, cui illa nollet, affirmat in affectu, eique consonat. Ecōtra uero, cū odit quis hominem, ipsū quidē a suo affectu abnegat illiq; dissonat: sed malis illis consonat, affirmatque illa i suo affectu. uult. n. illi malum. Et si diligenter persecutus fueris, uidebis q. dissimilitudo ista non uariat dissonantiam odii a malo obiecto & causa: quoniam utrobique id quod hēt rōnem mali obiecti & causae odii, abnegatur ab affectu & dissonat: nam in odio inimicitiae persona habet rationem mali obiecti & causae. Et in odio abominacionis non persona, sed res mala habet rationem mali obiecti & causae: sicut in amore amicitiae, obiectum amatum est amicus: & in amore concupiscentiae est res concupita. Vniuersaliter igitur odium est dissonantia a malo obiecto, quia oportet malum obiectum esse odium habitum: sed quia diuersum in utroque odio constituitur obiectū, quia unius persona, alterius res, uarietas apparet, sed non est. unū inimicitia non testatur, quod odium consonat malo obiecto, sed quod tantū dissonat ab inimico, ut consonet malis illius, unde testatur magnam dissonantiam obiecti. Neq. fallaris, audiens odium abominacionis habere pro obiecto rem, non personam: & putes propterea matrem non tali odio habere filias, quibus optat mortem, uel quia non potest dare eas nuptui, uel quia despicitur a uiro suo propterea. In similibus enim non habentur odio personae ut personae, sed ut res: unde non est ad tales odium inimicitie, sed abominacionis solius uitae earum, quia repugnat dispositioni earum uel secundum paupertatem, uel gratiam cum uiro, uel aliquid huiusmodi, in cuius signum nihil mali illis uellent, cuius oppositum de odio inimicitie scribitur in secundo Rheto. sed uitam tantum earum, ut res eis contrariam nolunt. Et quod in exemplo mis

q. 26. ar. 1.

q. 26. ar. 1.